

Epitome

EMBLEMATVM

PANEGYRICORVM
ACADEMIÆ

ALTORFINÆ.


Studiosa Iuuentuti proposita.



NORIBERGÆ,

Impensis Levini Hulsii.

M. D C I L



1580.

IN hoc numismate Monoceros est, aquarum gurgites cornu prætentans, cum emblemate:

NIHIL IN EXPLORATO.

Quod ad omnium hominis disciplinis liberalibus excultum rectè transfertur. Ut enim Monocerotis cornu per lymphas & pocula circumducto explorari solet, numquid veneni lateat, aut ex fonte virosæ bestiæ præpotarint: ita iudicium hominis liberalibus disciplinis formatum, Sophistarum venena & mendaciorum virus sub specie veritatis latens facile deprehendit.

B

IN



1582



RHINOCEROS cornu, quod in naribus
habet, exacuit & limat ad petram, cum
pugnam initurus est cum elephante, cujus
alvum, quam scit se acuto cornu penetrare
posse pugnans præcipuè petit, & in hac cor-
poris parte Elephantem vulneratum occi-
dit. In numismate addita sunt hæc verba, ex
Catulli carmine desumpta:

AMAT VICTORIA CURAM.

Cujus symboli haud dubiè hæc est senten-
tia: Nullam victoriam ab ullo hoste un-
quam reportari sine ingenti cura,
sine labore, & sine aliquo
periculo.

GRAN-